



**Quæstionum Canonicarum, In Quinque Libros
Decretalium, Tomus ...**

In Librum I. Decretalium, Per quadraginta, & tres Titulos distributum, in
quo agitur De Constitutionibus, Seu Legibus universim ...

Krimer, Ferdinand

Augustæ Vindelicorum, 1706

§. III. An Privilegium recipiendi Ordines extra tempora restrictum sit ad
dies Festos, etiam in foro?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73031](#)

tatur ; sic Castropal. cit. D. unic. p. 13. num. 13.

Not. 2. eum , qui citra Privilegium, vel dispensationem, extra tempora , se promoveri facit in sacris , incurtere suspensionem ab executione Ordinis sic suscepiti, dum impleverit pénitentiam impositam ab Episcopo , qui in culpa non fuit , c. cum quidam , c. consultatione tua h. t. junct. gloss. V.utrobique : Ordinantem autem priuari potestate conferendi Ordines, quos illicite contulit , c. cum quidam , c. sanè , c. literas h. t.

Q. III.

An Privilegium recipiendi Ordines extra tempora restrictum sit ad dies Festos , etiam in foro ?

Cum in Privilegijs recipiendi factos Ordines extra tempora consueta , communiter ponatur facultas, eos dandi , & recipiendi diebus Dominicis , vel Festis ; quæstio est , an Festum hic supponat pro Festo chori , & fori , an pro Festo tantum chori ? quale est Festum , quod in Choro celebratur ritu duplice , vel semiduplici , esto tali die populus det operam servilibus ? Nam Urbanus VIII. in recognitione Pontificalis , titulo de Ordinibus conferendis , mandavit addi , diebus festis , de præcepto ; Castropalaus autem cit. n. 13. in fine , judicat , probabilius esse , intelligi Festum chori , & fori , quod scilicet sub præcepto celebrari debet à Clero , & populo , cum abstinentia à servilibus , nisi addatur Festo duplice , aut semiduplice . Tunc enim , ait , sufficere , etiam tale Festum , licet sit solius chori . Ratio ejus est , quia Festum , juxta communem significacionem , supponit pro die festivo sub præcepto audiendi sacram , & abstinenti à servilibus ; sed in illis Privilegijs sic Festum accipitur ; ergo . Sic etiam Pirhing h. t. n. 81. Azor. p. 1. l. 2. c. 27. q. ult. Barbosa cit. allegat. 11. n. 18. & contrariam sententiam prohibitam esse in decreto Urbani VIII. monet Cardinalis de Lugo l. 11. respons. moral. dub. 43. Volunt autem Barbosa , & Castropalaus apud Gobat in Theolog. Experiment. tr. 8. n. 479. sufficere , si sit Festum habens solennitatem diei Festi in tali diaœsi ; & ipse Gobat à n. 486. sufficere , si ce-

lebretur tale Festum solenniter in solo aliquo Monasterio ; vel si in choro , & foro , non ex præcepto , sed ex mera devotione ; vel si ex præcepto , sed solum ante prandium ; quia Pontifex non tam respicit qualitatem præcepti , quam solennitatis publicæ . Econtra pro tali casu sufficere Festum duplex solum chori etiam ad majores Ordines , docet Rodriquez tom. 3. quest. Regular. q. 23. a. 5. Fagundez l. 1. præcept. Ecclesiæ. c. 2. n. 12. P. Benedictus Pereyra in Elucidario n. 1345. ubi ait : non catere probabilitate , per Festos dies , in Ordine ad Sacra , & officia Divina , comprehendendi etiam dies duplices , licet non sint à laboribus feriati , citans pro hac opinione P. Suarez tom. 1. de Relig. de diebus Festis , c. 9. n. 22. & in praxi cam sententiam esse probabilem , docet Castropalaus cit. Gobat cit. n. 472. & seq. tutam , Diana p. 5. tr. 13. resol. 97. & complures alij.

In hac quæstione judico , verum esse , quod per Festum de præcepto , propriè significetur Festum feriatum à servilibus , ut patet ex communi hominum usu ; in significacione autem Juridica , seu jure favorabili , rectè etiam intelligi Festum chori tantum , quod habeat solennitatem ritus duplex in choro tantum ; cum ergo Privilegium hoc sit de Jure favorabili , rectè dicitur , secundum illud , Ordines factos licet conferri quolibet Festo duplice de præcepto , licet non feriato . Nec obstat , quod dicitur de decreto Urbani VIII. nam duplia , etiam non feriata , rectè dicuntur de præcepto , prout ejusmodi Festa opponuntur Festis ad libitum , vel meræ devotionis , sine publica solennitate . V. Gobat à n. 474. Si autem Privilegium careat clausula : de præcepto , à fortiori res procedit ; & sic habere nostram Societatem , constat ex Compend. Privileg. V. Ordines , Q. 30.

Q. IV.

De Interstitijs.

Per Interstitium hic intelligitur spatiū temporis , quod ab uno accepto ad alterum Ordinem recipiendum interponi debet , ut Ordinatus in accepto exercet se per illud tempus , priusquam ad aliud ascendat . Quantum temporis ab uno minorum Ordinum ad alterum inter-

poni
Qq q 2